



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De præparatione ad ministerium celebrationemque missæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

& immensa sanctitatis dominum, sic irreueren- **Oratio**
 ter offendit: hoc & hoc peccatum, tibi inobedi- peccatoris
 ens, teq; contemnens effeci, tibitam ingratus
 fui, toties hoc & illud repetiui. Et si forte bonum
 aliquid feci, proprium honorem & gloriam que-
 sivi: Non te solum intendi. Hæc dicens, compun-
 gatur, & erubescat, seque humiliet: & diuinam
 misericordiam, beneficia, & merita Christi re-
 memorans, spem resumat: atq; emendationem
 firmiter proponat: & pro posse poenam sibi con- **Humilare**
 dignam infligat. Et reuera tanta est omnis pec- nos debet
 cati mortaliter enormitas, vt merito pro vno ac actore pect
 minimo tali, cunctis diebus vitæ nostræ, nos uscatorum me
 que ad puluerem, & sub brutis quoque humilia moria-
 remus, a contritionis dolore nunquam cessan-
 tes: non tamen vt sit dolor iste semper continu-
 us, sed frequens, & opportunitus. Sed & inde nos
 præsertim dolere & contristari debemus, q
 post abnegationem mundi, et ingressum cœno-
 bij, tam negligentier infructuoseque viximus:
 et cum tempore, atq; accidia opus dei efficimus.
 Porro nisi in vera humilitate omne nostrum ex-
 ercitium fundetur, omniscip; inanis ac elata cogi-
 tatio penitus abjectiatur: vniuersum spiritualis
 structuræ ædificiū cito cadet, et omnino peribit.

De præparacione ad ministerium, celebra-
 tionemq; missæ.

Art. XVII.

Vm ad venerandum altare dei, et
 sacratissimam atq; diuinā mēsam
 Christi proponis, mi chare frater ac-
 dere: quatuor diligēti corde intēde.
 Primo te ipsum, q̄lis sis. Secūdo ma-
 iestate eius, cū hostiā sacrā offeras.
Tertio



D. D I O N . C A R.

Quatuor
meditāda
an celebra
tionem.

Tertio, ipsum sacrificium in se, quale & quā lib
lime existat. Quarto, causam propter quam hec
oblatio instituta est. Prisquam ergo ad celebra
tionem accidis, discute conscientiam tuam; &
quicquid in ea Christo displicens, seu charitat
contrarium inueneris, per internum dolorem, syn
ceram confessionem, ac humilem satisfactionem,
emenda & dilue. Considera quoque misericordiam
ac fragilitatem, insufficienciam, & ingratitudi
nem tuam, quatenus cum profunda humilitate,
& reuerentiali timore accedas, dicq; in secreto

Oratio ce deo tuo: Tu domine vniuersorum, in cuius con
lebraturi,

spectu omnis creatura tanquam nihilum est &
inane, omnipotens, & misericors, ac mercede
deus, tu domine nosti imperfectum meum, & ini
quitates meas multas & magnas tu vides. Co
mite o domine & agnosco, 'quia nimis indignus
sum, vt ego tam ingratus & negligens, tam vi
lis & immundus, tam pauper & iniustus, ab ha
 tuo assistam, & te regem gloriat, vngeneri dei,
 æterno patri offeram, et te contrectem argua
 ducem. Sed o Christe, tu qui te a nobis sumi vel
 sisti, qui mihi ordinem contulisti, et eius a me ob
 sequium exigis, da propter hanc tuam inestima
 bilem dignationem charitatem, et misericordia
 mihi gratiam, vt te tam humiliter, tam timore
 te, tanque reuerenter, et affectuose tractem
 et sumam, sicut decet et tu requiris. Præterea, in
 tuere maiestatem ei^o, cui sacrificium immola
 Quoties enim celebras, toties omnipotenti, pte
 noq; patri dilectum ac vnicum suum filium of
 fers. Considera, quam magnum sit tale officium,
 et cum quanta puritate et reuerentia, quotimo
 re et fero, tam superexaltato deo astare et in
 molari.

Iohan. 6.

molare oportet. Insuper vide hoc sacramentum
in se, quam sanctum, & nobile, reuerendum, at-
que amandum existat. Continetur enim sub for-
ma panis, ex vi consecrationis caro Christi, &
sub speciebus vini, sanguis ipsius: utробique ta-
mē i vere est totus Christi, deus & homo. Itaque ^{Contra}
eb. panis
quum dissimilia nolunt vñiri (similitudo enim fa-
& vini.
cit vñionem bonam esse atque decentem. Dissi-
militudo autem, facit eam nocuam, ipsamque
corruptit: vt si aquām igni commisceas) pscrū-
tare diligenter antequam Christum accipias, si
te ei conformem & assimilatum inuenias: alio-
quin unio tui cum eo innaturalis erit, nocua, nec
permanens. Deniq; ipse quem tractas & sumis, Leuit. 19.
sanctus & purus est, mitis & humilis, amorofus Matth. 11.
& innocens. Nisi itaque te quoque talem inueni-
as, vel actu, aut certe in affectu, atq; secundum
aliquem gradum: vtpote, vel in gradu incipien-
tium, vel perfectorum, vel medio modo se haben-
tium ac proficientium: non vtique accedere ex-
pedit. Veruntamen quum sit hoc sacramentum
medicina peccati, & remedium eius: si nondum
a passionibus atque peccatis emundatus sis, do-
les tamen de eis, & emendationem omnino pro-
ponis: tunc communio & celebratio plurimum
expedit, & ad illicitos passionum motus fran-
gendos maxime confert, & devotionem ac cha-
ritatem præcipue alit & auget. Porro causa in-
stitutionis sacramenti istius, est commemoratio
charitatis passionisque Christi, & cætotorum
quoque beneficiorum eius: vt videlicet toties e-
ius accendamus amore, quoties pignus ac me-
moriale dilectionis suæ accipimus. Sunt autem
& alia multæ caussæ, vtpote subSIDIUM militan-

Cā insti-
tutiōis sa-
cramēti
altaris

C. tis eccl

D. DIONY. CARTH.

tis ecclesiæ, salus viuorum, requies defunctorum,
& quotidianorum quoque medela defectuum.
Qui itaque pro his deum digne exorare in missa
cupit, eget utique, vt se dei idoneum atque syn-
cerum ministrum exhibeat. His igitur pensatis,

cum reuerentia & timore, atq; affectu acceden-

Actualis
deuotio
requiri*ti*
celebrati

dum est: & requiritur in ipso officio actualis de-
uotio, quam is raro habebit, qui missa peracta
se cito effundit, & ad vana conuertit. Necesse est
enim, vt qui digne celebrare desiderat, post Mis-
sam studeat deo de donis suis gratus esse, memor
& custoditus: & ante Missæ exordium, se (vt dicitur
est) preparet, atque in oī sua conuersatione
solicitus sit: & ea de quibus confitetur, quamvis
parua appareat, poste a pro posse caueat, ac ma-
gis custoditus sit. Et reuera dum post confessio-
nem incauti, negligentes, & leues matemus, vt
ante: signum est non ex vero dolore, sed ex anima

Consuetudine nos esse confessos. Ideoque nil pro-
sus proficimus, sed indeuoti, rudes, & crudima-

Canoni - nemus. Denique horæ ipsæ canonicaæ, ac laudes
ex horæ, diuinæ, non improuisa, uagaque mente inchoan-
quæ soluē dæ sunt: sed ante earum inceptionem dirigendus

dæ est spiritus ad creatorem suum, & deuotum ali-
quid cordi infundendum est: & post eatum expli-
tionem, non mox effundenda, sed custodienda est
anima. Vnde si semper actualiter intenti esse ad

Phūs, tuis principij remaneat in sequentibus, & a pri-
mordiali attentione totum opus sortiatur virtu-
tem. Alioquin modicus error in principio, mag-
nus erit in fine.

Deinde